

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 8: De qualitate religiosorum (10)

Idem (Ieronimus):

Honor monaci est ut sit pallidus, humilis, [fons nondum repertus]

simplex et sine querela, ut filius dei esse possit.

Sine humilitate enim nulla religiositas esse potest,

nec valet quidquam.

Nichil est enim quod tantum luceat in vultu religiosi quantum humilitas.

Qui enim omnia supra nominata habuerit,

vere religiosus et amicus dei altissimi poterit reputari,

qui autem non habuerit omnia supra dicta,

erit blasphemus et dei altissimi pessimus inimicus.